



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Irregularis non semper dicitur peccator, sed pœnam ferre peccati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

**I**ronia apud mortales vitium iactantiae contraria est. Irum significat, sicut avaritia contrariatur prodigalitati: ita quod ironia fingit minus de se quam sit, sicut per oppositum iactantia fingit de se maius quam sit. Et quoniam ironia aut negat aliquid magnum in se quod quis in se recognoscit, aut affirmat de se aliquem defectum quem in se non recognoscit, ideo semper peccatum est, ut pote mendacii species. Et potest distingui ironia in officiosam, iocosam, & perniciosa: ut perniciosa quae sola est peccatum mortale, intelligatur illa ironia quae contra charitatem Dei aut proximi tendit: ut quum quis ad decipendum illa vtitur: iuxta illud, Et qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Quum autem aliquis praedicat se defectuosum, & habeatur humilis, incurrit simul contraria virtus: & ironiae, fingendo defectus quos non habet: & iactantiae, fingendo humilitatem qua caret. Et quia hic est eius finis, ideo magis est reus iactantiae quam ironiae.

*Irregularis non semper dicitur peccator,  
sed poenam ferre peccati.*

**I**rrregularitas non culpa sed poena est, nec spectans ad confessores: quia pariter absoluuntur a peccatis irregulares & non irregulares. Vnde pertransiunctum censu, monendo confessorem quod si alicubi peccatum clerici propter quod incurrit irregularitatem reseruatum reperit, dicit clero quod ipse de se ipso rationem reddat: ne oporteat confessorem reuelare omnia iura ad viuendum omnes casus quibus incurritur irregularitas, & sic in similibus (puta in synodalibus & statutis municipalibus) seruare meimento, ne erres, & te exoneres.

Scito tamen irregularitatem non soli a laicis incurri quandoque sine peccato (ut quum iudex occidit malo-

## Irregularitas. 385

(maleficum) verum cum clericus etiā male operando incurrit irregularitatē, non propterea peccat mortali: ita quod actus aliquis habens annexā irregularitatem non inducit peccatum mortale siue exercens illum actum propterea reddatur inhabilis ad executionem sui ordinis, siue non: quia plus est facere illud propter quod homo redditur inhabilis ad susceptionem sacramentorum, quam facere illud per quod inhabilitatur ad exequutionem ordinis: quum suscipere sacramentum sit maius exequutione ordinis, & sit in agis de necessitate salutis. Sed primum non inducit peccatum mortale, ut patet de excommunicatione minore: ergo nec secundum, incurritur quippe excommunicatione minor absque mortali peccato: & tamen priuatur per eam homo perceptione omnis sacramenti. Et simile est de suspensionis & interdicti censuris iudiciū propter eandē rationem. Scito quoque quod appellatione irregularitatis homicidii voluntari non venit irregularitas propter occisionē hominū in bello iusto, aut iudicio iusto: quoniam vbi nō interuenit homicidium, ibi non inuenitur irregularitas homicidii. Constat autem quod quando homo iuste occiditur, non committitur homicidium: quoniam homicidii species est criminis, non enim significat occisionem hominis qualemcunque, sed iniustitiā: ergo non est ibi irregularitas homicidii siue voluntarii siue involuntarii. Cum quo tamen stat quod interuenit in huiusmodi alia irregularitas, puta cause sanguinis usque ad mortem. Et hæc ideo sint adiecta, ut sciat privilegiati in dispensatione irregularium citra homicidium voluntariū, posse se dispensare in omnibus casibus occisionis huinanae, in quibus non interuenit crimen homicidi. Nec sint de cætero propriæ hæc soli citi ad petendum dispensationem à Papa: quia ipsi possunt dispensare.

A a 3

Irrigatio